

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3022

Auteur(s) : Hugues de Turberville, chevalier, Îles Anglo-Normandes (bailli)

Bénéficiaire(s) : Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1270, 2 octobre

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Lettre de Hugues de Turberville, Chevalier, Bailli des Iles, au sujet d'un procès pendant entre les religieux du Mont St Michel et le Prieur de St Clément à Jersey et leurs hommes de Noirmont, en la paroisse de St Brelade, Jersey, sur les redevances et services que lesdits hommes de Noirmont avec ceux du Prieuré de St Clément doivent, et notamment sur le champart, le transport du blé, les faisances du moulin, le portage des vins et des bois, et le service du foin ; sur le droit dudit Prieur de citer lesdits hommes de Noirmont à comparaître devant lui, et de reconnaître sa juridiction ; sur le droit de namps ; sur une rente de deux sols tournois que Alexandre Le Breton doit comme prévôt ; sur la perception de poulage, de gélines, d'œufs, et de deniers, et de mélange sur les masures de Noirmont. Les religieux réclamaient ces droits en vertu du jugement dudit Bailli et des Jurés de Jersey rendu dans la dernière assise tenue à Jersey en 1269 ; et ils assignaient à comparaître devant le Bailli à St Ouen les hommes de Noirmont dont suivent les noms,—Alexandre Le Breton, Pierre Alain, Pierre Veille, Pierre Picot, Richard Milom, Nicolas Varin, Guillaume du Val, Jean Hugon, Philippe Burnouf, Étienne Bertram, Jourdain Jean, Robert Ferrant, Raoul Valpy, Geoffroy Arfat et autres tenants, qui, faisant défaut à l'appel de leurs noms devant la Cour, furent mis à l'amende.

Par suite lesdits hommes se sont soumis à la grâce de Nicolas, Abbé du Mont St Michel, et ils ont accepté ledit jugement.

La lettre, qui est datée du 2 Octobre 1270, fut scellée des sceaux dudit Bailli, du Doyen de Jersey, des Chevaliers, du Vicomte et des Jurés de la Cour.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Société jersiaise , *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 74, p. 131-134.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis et audituris Hugo de Tubervilla miles et ballivus insularum salutem in Domino. Noveritis quod contencio verteretur coram nobis inter viros religiosos abbatem et conventum Montis Sancti Michaelis et priorem suum Sancti Clementis in insula Gersoii ex una parte et homines dictorum abbatis et conventus Sancti Michaelis in periculo maris tenentes ab eisdem religiosis de feodo suo de Nigro Monte in parrochia Sancti Brolladi de eadem insula ex altera, per diversas impetrations litterarum ex utraque parte nobis ex parte nobilis viri domini Edwardi illustris Regis Anglie primogeniti directarum super redditibus, servicis et fessanciis que prefati homines de Nigro Monte et antecessores sui predictis abbatи et conventui et predicto priori nomine ipsorum et prioratus sui de Sancto Clemente et predecessoribus suis reddiderant et fecerant et reddere et facere consueverant quolibet anno ab antiquo, prout prefati religiosi coram nobis asserebant, videlicet campartum

garbarum suarum post messionem Augusti et cooperire illud campipartum propria tectura sua et taxare una vice in feodo de Nigro Monte et portare illud campipartum quando trahitur ad mercatum videlicet apud Sanctum Clementem ad voluntatem dicti prioris et decem octo anseres et decem octo denarios turonenses de campipartura in Augusto et tresdecim quarteria frumenti ad festum Sancti Michaelis et portare apud Sanctum Clementem in saccis suis et invenire quatuor homines in navi ad conducendum dictum bladum apud Montem una cum hominibus de Sancto Clemente et tresdecim quarteria advene ad festum Sancti Michaelis in Septembri que debent pro vasto sectam molendini sui et fesantias que facere consueverunt dicto molendino ab antiquo et portare vinum et ligna dicti prioris et fenum et dictum fenum colere cum hominibus de Sancto Clemente ad prioratum Sancti Clementis ad Nigrum Montem si neccesse fuerit et comparere coram dicto priore apud Sanctum Clementem quocienscumque citati fuerint coram ipso et stare juri et debent namma sua ibi adduci et custodia mancipari, et ab Alexandro Britone duos solidos turonensium quos debet ratione prefecture sue, ab unaquaque domo in qua ignis ardet unum polagium, ab unaquaque masura duas gallinas ad natale, et ad pascha sexdecim viginti ova et undecim solidos Turonensium pro melagio ab omnibus masuris de Nigro Monte, de quibus prefati abbas et conventus et prior Sancti Clementis nomine ipsorum et prioratus sui petebant habere plenariam et pacificam sessinam prout in lictera sua plenius continebatur prout prima facie apparebat et prout adjudicatum eisdem fuerat per nos et per juratos predite insule in ultima assisia tenta per nos in dicta insula anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono, et cum predicti religiosi dictos homines de Nigro Monte fecissent citari coram nobis in eadem insula ad jus suum prosequendum ad diem Mercurii post festum Sancti Michaelis in Septembri apud Sanctum Audoenum, videlicet Alexandrum Britonem, Petrum Alena, Petrum Veiller, Petrum Picot, Richardum Milun, Nicholaum Varin, Willelmum de Valle, Johannem Hugon, Philippum Burnouf, Stephanum Bertranni, Jordanum Johannis, Robertum Ferrant, Radulfum Valepic, Gaufridum Arfat et omnes alios homines de dicto feodo de Nigro Monte tenentes, qua die prefati homines tamquam contumaces a curia nostra recesserunt et in emenda nostra remanserunt, sed postea eadem die prefati homines voluntati et dispositioni Nicolai, Dei gracia abbatis Montis, omnino se supposuerunt et obligaverunt et omnia predicta videlicet redditus et servicia prout superius sunt prenotata eisdem abbatii et conventui spontanei non coacti per consilium bonorum virorum et die Jovis crastina in plenis placitis coram nobis apud Sanctum Elerium in eadem insula priori Sancti Clementis adhoc vocato, loco dictorum abbatis et conventus et sui prioratus plenarie recognoverunt et sibi gagiaverunt et facere et reddere bona fide et sine fraude promiserunt videlicet prefati homines Petrus, Petrus, Petrus, Richardus, Nicholaus, Willelmus, Johannes, Philippus, Stephanus, Jordanus, Robertus, Radulfus et Philippus dictus Brito pro dicto Alejandro patre suo eoram nobis predicto patre attornato contra dictos abbatem et conventum et priorem et nos ipsos per judicium curie nostre adjudicavimus quod non possint contra istam recognitionem et obligationem ullo modo temporibus futuris aliquid actempicare. In cuius rei testimonium et munimen et quod istud negotium inconcussum permaneat in futurum presentibus litteris ad petitionem dictorum abbatis et conventus et dicti prioris sigillum nostrum proprium duximus apponendum una cum sigillis decani de Gersoio, militum et vicecomitis et juratorum qui sigilla sua apposuerunt. Actum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo decimo, die Jovis post festum Sancti Michaelis in Septembri.